10–13. *post p. d.*, s. 7, 2, 8; 40, 47, 4; vgl. 33, 44, 2. — *praeter am. A.*, attributiv zu *locum*: daran hin, ohne den Begriff der Bewegung, s. 34, 26, 9. — *Aoum*, der Fluss entspringt auf dem Lakmongebirge, j. Viosa. — *Merop.* — *Asn.*, die Namen scheinen sonst nicht vorzukommen; die Berge sollen jetzt Trebusin und Nemertzika heißen; s. c. 12, 8. — *is praebens* enthalten eine Schilderung der Stena. — *abscis.*, s. c. 4, 5. — *tenebat*, etwa: den Theil, die Seite u. s. w., 31, 45, 14. — *qua m. t.*, wo weniger sichere Plätze waren, s. 31, 23, 4. — *vallo* neben *fossis* u. *turribus* collectiv, vgl. 31, 39, 8: *alia vallo, alia fossa* etc. — *missil.*, s. c. 10, 11; 31, 46, 10. — *pro v.*, vor, oder vorn an den besetzten Punkten überhaupt. — *conspect.*, s. 2, 5, 5. — *spem ex f.*, vgl. 22, 3, 14.

6. Villius gegen Philippus. Plut. Flam. 3.; Zonar. 9, 16.

1–4. *Charopus*, bei den griech. Schriftstellern Charops; L. bildet den Namen immer nach der 2. Declination. — *Corcyrae*, wie sein

- vere primo in continentem travectus ad hostem ducere pergit.
- 2 quinque milia ferme ab regiis castris cum abesset, loco munito relictis legionibus ipse cum expeditis progressus ad speculanda
- 3 loca postero die consilium habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quamquam labor ingens periculumque proponeretur, transitum temptaret, an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. hoc consilium per multos dies agitanti ei nuntius venit, T. Quinctium consulem factum sortitumque provinciam Macedoniam maturato itinere iam Corcyram traiecisse.
- 5 Valerius Antias intrasse saltum Villium tradit, quia recto itinere nequiverit omnibus ab rege insessis, secutum vallem, per
- 6 quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto in ripam, in qua erant castra regia, transgressum acie conflixisse; fustum
- 7 fugatumque regem, castris exutum; \bar{xii} hostium eo proelio caesa, capta \bar{ii} et ducentos et signa militaria $cxxxii$, equos ducentos triginta; aedem etiam Iovi in eo proelio votam, si res prospere gesta esset. ceteri Graeci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile a Villio actum integrumque bellum insequentem consulem T. Quinctium accepisse tradunt.

Vorgänger zu Apollonia, s. 31, 18; 22; 27. — *vere pr.*, 21, 21, 8, des Jahres 556. — *ad - pergūt*, s. 27, 17, 8; 1, 23, 5. — *spec. loc.*, um zu recognosciren. — *propon.*, in Aussicht gestellt wurde, anders 34, 34, 2: *animis proponere*. — *eod. itin.*, weiter nördlich durch das Apsusthal und Dassaretien, was, wenn nicht gerade der Eingang in Thessalien erzwungen werden sollte, kein Umweg war. *circumduc.*, die feste Stellung der Feinde umgehen, vgl. c. 9, 9: *tuto circuitu*. — *hoc*, darüber. — *agitanti ei*, s. c. 28, 9; 1, 7, 1 und oft der Dativ bei *venire*. — *matur.*, c. 9, 6.

5-8. *intrasse etc.*, er scheint Villius mit Quinctius verwechselt, oder, wie sonst, eine Erdichtung erzählt zu haben, s. 30, 19; 33, 10; 40, 29 u. a. — *recto itin.*, wol über die Höhen; das Thal müsste sich Valer. zum Theil unbesetzt vorgestellt haben. — *in qua*, die andere Seite soll wol als von Natur unzu-

gänglich gedacht werden. — *fus. - exutum*, vgl. 2, 31, 1. — *Iovi*, wie 42, 7, 1. — *quorum etc.*, der Zusatz ist auch für andere Stellen zu beachten, s. 39, 50, 10; 22, 31, 8 u. a. — *nihil mem.*, widerspricht nicht c. 28, 5, wo *conгредиenti* als conatus zu nehmen und als in einer Rede stehend nicht zu urgiren ist. An der ang. St. ist der schnelle Wechsel der Feldherrn als Grund der lauen Führung des Kriegs angegeben; Villius war wol durch die c. 3 angegebenen Verhältnisse und die strategischen Schwierigkeiten, c. 5, nicht durch politische Rücksichten auf Antiochus zurückgehalten, s. Flathe 2, 351. — *insequent. cons.*, dadurch dass L. die Kriegereignisse des Jahres 556 unter die beiden Consuln vertheilt, gewinnt er die chronologische Anordnung nach Jahren wieder, welche durch Vornahme der Ereignisse des J. 555 im Jahr 554, s. 31, 33-47, gestört war, s. c. 4, 6. Das Folg. bis c. 9, 6

Dum haec in Macedonia geruntur, consul alter L. Lentulus, 7
 qui Romae substiterat, comitia censoribus creandis habuit. mul- 2
 tis claris petentibus viris creati censores P. Cornelius Scipio
 Africanus et P. Aelius Paetus. ii magna inter se concordia et 3
 senatum sine ullius nota legerunt, et portoria venalicium Capuae
 Puteolisque, item Castrum portorium, quo in loco nunc oppidum
 est, fruendum locarunt, colonosque eo trecentos — is enim nu-
 merus finitus ab senatu erat — adscripserunt, et sub Tifatis Ca-
 puae agrum vendiderunt.

ist den Annalen entlehnt.

7–9, 6. Vorgänge in Rom und Gallien.

1–3. *comitia c. c.*, s. 24, 10, 2. — *Paetus*, § 12; c. 2, 7. — *sen. s. u.* etc., s. 29, 37, 8; es wurde keiner ausgestossen, keiner von den neu aufzunehmenden übergangen. — *portor. venalicium*, nicht *venalium*, hat die Bamb. Hs., es müsste eine Verkürzung aus *venaliorum* sein, wie *nummum*, *sestertium* u. a., und bedeuten: Gegenstände des Verkaufs, *venaliciae merces*, Dig. 9, 2, 27, 24, doch ist diese Annahme unsicher. *portoria* wäre in Bezug auf Capua nicht Hafenzölle, sondern Zölle überhaupt, vgl. 2, 9, 6; 38, 44, 4; Cic. Pis. 36, 87; Caes. B. G. 3, 1, 2. Die Wiederholung des Wortes im Folg. ist bei L. kein Grund, es mit Madvig für unecht zu halten, um *venalicium* als Substantiv zu nehmen, wie es scheint in der Bedeutung *vectigal rerum venalium*, die sich erst in später Zeit findet, s. Codex 12, 19, 4. Ebenso unsicher ist die Bedeutung der Worte *Castrum portor.*, sie scheinen verbunden wie *Castrum album* 24, 41, 3; *Cast. novum* 36, 3, 6 u. a.: das *Castrum*, wo der Zoll erhoben wird; wo der Ort gewesen sei, ist nicht mit Bestimmtheit nachzuweisen; wegen der Nähe von Capua u. Puteoli liegt es am nächsten an einen Ort in Campanien zu denken; doch ist zu bezweifeln, dass das c. 29, 3 erwähnte *castrum Salerni* gemeint sei, da nach 34, 45, 2 die Colonie

nach *Salernum* geführt wird, so dass an u. St. *quo loco – nunc – est* nicht passen würde. Da eine Colonie *Castrum* sonst nicht erwähnt wird, nehmen Andere an *Castrum* stehe statt *castrorum* und bezeichne den Ort im Bruttierlande, wo Hannibal lange Zeit sein Lager gehabt habe, s. 27, 51; 28, 46; 29, 36; Plin. 3, 10, 95: *Scylacium – paeneinsulam et in ea portus, qui vocatur castra Hannibalis*, dahin hätten die Censoren zum Schutze der Douane Colonisten geführt; diese hätten anfangs nur einen *pagus* ohne Municipalwesen gebildet, später sei der Ort in die Colonie *Scylacium*, auch *Minervia* genannt, umgestaltet worden, Marq. 3, 1, 19. — *fruend. loc.*, 27, 3, 1. — *trecent.*, die Zahl deutet an, dass es röm. Bürger sind, der Zusatz *finitus a. s.*, dass es keine Colonie war, s. c. 29, 3, die ohne einen Volksbeschluss nicht hätte abgeführt werden können; *adscrips.*, dass schon Einwohner, aber wol keine röm. Bürger, an dem Orte waren, s. 31, 49, 6. — *Tifata*, s. 23, 36, 1. — *Capuae*, zum Gebiete der Stadt Capua gehörig, *ager Campanus* hatte einen weiteren Umfang. — *vendider.*, s. 28, 46, 4; 31, 13, 6; Cic. leg. agr. 2, 31, 84; die röm. Bürger konnten sich auf dem Lande, das sie kauften, ansiedeln, so dass dadurch neue *conciliabula* entstanden, s. 31, 4, 2. Sowohl diese Massregel als die neuen Zollabgaben § 3 werden wol angeordnet um der Noth der Staatscasse, s. 31, 13, zu

- 4 Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens, prohibitus a P. Porcio Laeca tribuno plebis, ne ovans rediret, cum ab senatu impetrasset, privatus urbem ingrediens MCC pondo argenti, triginta pondo ferme auri in aerarium tulit.
- 5 Eodem anno Cn. Baebius Tamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prioris provinciam Galliam acceperat, temere ingressus Gallorum Insubrum finis prope cum toto exercitu est circumventus; supra sex milia et septingentos milites amisit: tanta ex eo
- 6 bello, quod iam timeri desierat, clades accepta est. ea res L. Lentulum consulem ab urbe excivit. qui ut in provinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto praetorem multis probris increpitum provincia decedere atque abire Romam iussit.
- 7 neque ipse consul memorabile quicquam gessit, comitiorum causa Romam revocatus; quae ipsa per M. Fulvium et M. Curium tribunos plebis impediabantur, quod T. Quinctium Flaminium con-

Hülfe zu kommen. Dass die Censoren im Einverständniss mit dem Senate Beides ausgeführt haben, wird nicht bemerkt, s. 40, 51, 8, vgl. Lange 2, 170; 175.

4. *decedens*, s. 23, 34, 10; ebenso mit *ex* 35, 10, 2; 40, 16, 11; dagegen § 7: *provincia decedere*, wie in den gleichen Fällen 39, 3, 3; 41, 10, 6, vgl. 28, 29, 7; 36, 14, 4 u. a., und *de pr. decedere*, 38, 42, 13; 42, 8, 8 u. o. — *Porcio*, s. 33, 42, 7; es ist nicht sicher, ob dieser der Urheber eines der Porcischen Gesetze, 10, 9, war, s. Mommsen Gesch. des r. Münzw. 526; 552f.; Lange 2, 185. — *ne ovans* etc., Manlius, obgleich er Praetor gewesen war, 26, 23; 27, 4, hatte doch als Privatmann das *imperium* erhalten, vgl. 28, 38; gegen Lentulus hatte der Tribun Sempronius seine Einsprache aufgegeben, 31, 20, vgl. 33, 27; Lange 2, 200. — *privatus*, ohne wie die Triumphatoren für den Tag das *imperium* zu haben, da das proconsularische sich nur auf eine Provinz erstreckte. — *mille* etc., die Summe ist bedeutend geringer als bei Lentulus, die Zahlen wahrscheinlich verdorben.

5–7. *Insubr.*, c. 30, 6; 30, 18, 1; der Zug ist wol unternommen, ehe

die neuen, auch im Folg. nicht erwähnten Legionen angekommen sind, s. c. 1, 4. — *tanta*, s. praef. 11. — *desierat*, vgl. 4, 35, 9, n. nach dem Siege des Furius 31, 48. — *praetor.*, der Consul verweist also den Prätor, ungeachtet des 7, 1, 6 angedeuteten Verhältnisses, selbst aus der ihm vom Senate übertragenen Provinz, s. 31, 47, 5; 39, 3, 3, vgl. 41, 10, 6. — *increp.*, vgl. 24, 17, 7.

8–10. *neque ipse*, weil der Consul dem Praetor entgegengesetzt wird, heisst es nicht: *ne – quidem*, vgl. 31, 39, 12; im Folg. ist *quae ipsa = et ea ipsa*. — *Flamin.*, über sein Alter s. 33, 33, 2, vgl. 31, 49, 6. *ex quaest.*, unmittelbar nach, vgl. 25, 2, 6; 26, 18, 7; es wird vorausgesetzt, dass Quinctius die Aeditilität noch nicht bekleidet hat, wie sein, also älterer, Bruder Lucius, s. 31, 4, 5. Dass die *lex Villia annalis* damals noch nicht galt, zeigt die Entscheidung des Senates: *per leges liceret*; auch der Consul Lentulus, 31, 49, ist vorher wenigstens Aedil gewesen, 29, 11, ebenso der mit Quinctius zum Consul gewählte Sex. Aelius, § 12; 31, 50, 1, vgl. 32, 27, 5; unrichtig Plut. Flam. 2: *παρά τοὺς νόμους ἐκβιάζεσθαι τὴν μεγίστην ἀρχήν*; höchstens war es

salutum ex quaestura petere non patiebantur: iam aedilitatem 10
 praetoramque fastidiri, nec per honorum gradus, documentum
 sui dantis, nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcen-
 dendo media summa imis continuare. res ex campestri certa- 11
 mine in senatum pervenit. patres censuerunt, qui honorem,
 quem sibi capere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi,
 quem velit, potestatem fieri aequum esse. in auctoritate patrum 12
 fuere tribuni. creati consules Sex. Aelius Paetus et T. Quinctius
 Flaminius. inde praetorum comitia habita. creati L. Cornelius 13
 Merula M. Claudius Marcellus M. Porcius Cato C. Helvius, qui ae-
 diles plebis fuerant. — Ab iis ludi plebei instaurati; et epulum

usus, dass die Aedilität und die Prätur vor dem Consulate verwaltet wurden, und diesen scheinen nach dem Folg. die Tribunen bei ihrer Einsprache (*impediabant; non patiebantur*) als zweckmässig geltend gemacht zu haben. — *nec dantis*, ohne geben zu wollen, s. 6, 41, 2. — *honor. gr.*, wie später, s. 40, 44, 1, die Abstufung gesetzlich bestimmt war; die Quästur war die niedrigste Stufe, daher *imis*. — *continuaré*, wie *magistratus continuaré*, s. 27, 6, 4: unmittelbar anreihen; die Construct. wie 1, 44, 4; 2, 54, 2 u. a.; zum Gedanken s. 2, 9, 3.

11. *campestr. c.*, die Wahl und die Einsprache dagegen erfolgte auf dem camp. Martius; die letztere fand bei einer Quinctius geneigten Partei Widerspruch, wie 34, 1, 4. — *pervenit*, s. 4, 30, 10: *publicus pudor ad primores civitatis pervenit*; die Tribunen überlassen die Entscheidung dem Senate. — *qui - petere in eo - quem velit*, eine eigenthümliche, wol nach dem Senatsbeschluss gebildete Verbindung, da zuerst nur von einem die Rede ist: *qui - peteret*, dann bei *quem velit* mehrere vorausgesetzt werden: wenn einer - sich bewerbe, so müsse dem Volke in Rücksicht auf diesen frei stehen, wen es wolle zu wählen; folglich jeden, der sich rechtmässig bewerbe, dürfe es wählen und in der Wahl nicht beschränkt werden, et-

Tit. Liv. VII. 2. Aufl.

wa = in eo, quem velit, si quis peteret, cui liceret, potestatem creandi etc., zur Sache s. 25, 2, 6; 24, 8, 1; Lange 1, 512 ff. — *sibi*, für sich, seine Person und Verhältnisse. — *per leg.*, nicht gesetzlich verboten, was nach dem Folg. auf Quinctius passen musste, s. § 9. — *velit* nach *peteret*, s. zu 28, 33, 11, vgl. c. 8, 14; 11, 3f.; 7 u. a.

12. *in auct.*, c. 28, 8, s. 4, 26, 7 u. a.; Becker 2, 2, 454. — *Sex. Ael. P.*, s. c. 2, 7, wie sein Bruder, der Censor § 2, ein berühmter Jurist, s. Cic. Or. 1. 45, 198: *ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poeta* (Ennius An. 10, 3; 335) *est: egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus*; ib. 56, 240; de rep. 1, 18, 30; Pomponius Dig. 1, 2, 38: *deinde Sextus Aelius et frater eius Publii maximam scientiam in profitendo habuerunt, ut duo Aelii etiam consules fuerint. - Sextum Aelium etiam Ennius laudavit et exstat illius liber, qui inscribitur Tripertita, qui liber veluti incunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur quoniam duodecim tabularum lege proposita iungitur interpretatio, dein subtegitur legis actio. - Marcell., s. 31, 50; 29, 20. - Porcius, 29, 25, 10; Nepos Cato 1; Plut. Cato 6. - *qui aed. pl. f.*, n. im Jahre vorher, s. 31, 4, 7.*

13-15. *instaur.*, 31, 4, 5, wahrscheinlich ist die Zahl II od. III (*bis*

- 14 Iovis fuit ludorum causa. et ab aedilibus curulibus C. Valerio
 Flacco, flamine Diali, et C. Cornelio Cethego ludi Romani ma-
 15 gno apparatu facti. Ser. et C. Sulpicii Galbae pontifices eo anno
 mortui sunt; in eorum locum M. Aemilius Lepidus et Cn. Corne-
 lius Scipio pontifices suffecti sunt.
- 8 Sex. Aelius Paetus T. Quinctius Flamininus magistratu ini-
 to senatum in Capitolio cum habuissent, decreverunt patres, ut
 provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter
 2 se sortirentur; utri eorum Macedonia evenisset, in supplemen-
 tum legionum tria milia militum Romanorum scriberet et trecen-
 3 tos equites, item sociorum Latini nominis quinque milia pedi-
 tum, quingentos equites. alteri consuli novus omnis exercitus
 decretus. Lucio Lentulo, prioris anni consuli, prorogatum impe-
 rium, vetitusque aut ipse provincia decedere prius aut veterem
 deducere exercitum, quam cum legionibus novis consul venisset.
 4 sortiti consules provincias: Aelio Italia, Quinctio Macedonia eve-
 5 nit. praetores L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Sici-
 6 liam, M. Porcius Sardiniam, C. Helvius Galliam est sortitus. di-
 lectus inde haberi est coeptus: nam praeter consulares exerci-
 7 tus praetoribus quoque iussi scribere milites erant, Marcello in
 Siciliam III peditum socium et Latini nominis et trecentos
 8 equites, Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum MM pedi-
 tum, ducentos equites, ita ut ii praetores ambo, cum in provin-
 cias venissent, veteres dimitterent pedites equitesque.
- 9 Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxe-

ter etc.) ausgefallen. — *magno app.*, s. 31, 4, 5; 33, 25, 1. — *Ser.* — *Sulp.* gehören, wenn die Lesart richtig ist, einer Familie an, vgl. c. 2, 7; 30, 26, 10; ib. 39, 6. — *Lepidus*, 31, 18. — *Scip.*, s. 40, 44, 2; 41, 14, 3. — *suffect.*, 31, 50, 5.

8. 1-3. *habuissent*, es ist doch wol die erste Senatssitzung in dem Jahre (*in Capit.*, s. 21, 63) gemeint; das Plusqperf. scheint gebraucht, weil das *habere* auch die Berufung, den Vortrag u. s. w. umfasst, doch läge *haberent* näher. — *compar.* etc., 28, 45, 9, vgl. Becker 2, 2, 117. — *tria m.*, die Veteranen c. 2 scheinen entlassen zu sein. — *nov. om.*, ob Lentulus das c. 1, 4 ihm bestimmte Heer in die Provinz geführt habe, ist auch hier nicht deutlich, s.

c. 7, 7. — *aut - aut* wie nach Negationen.

4-7. *Italia*, also besonders die Kriegführung in Gallien, mit Helvius, c. 9, 5; 1, 2. — *urban.*, 31, 6, 2. — *praetoribus*, wenn nach den Hss. *praetores* gelesen würde, so wäre nicht allein der Satz *praeter - erant* unklar, sondern man sähe auch nicht, warum alle Prätores für die beiden genannten die Aushebung halten sollen, wenn es auch bisweilen einem Prätor gestattet wird selbst sein Heer zu bilden, s. 25, 3, 4; 31, 8, 8; 33, 43, 7; 35, 2, 4; 37, 2, 8; 42, 35, 4; 43, 15, 4; 44, 21, 7; gewöhnlich geschah es durch die Consuln, 7, 25, 12; 33, 26, 3; 35, 41, 1 u. a. — *soc. et n. L.*, anders § 2; 31, 8, 7, zu 22, 50, 6.

runt. ii regem classe sua copiisque omnibus terra marique rem Romanam iuvare, quaeque imperarent Romani consules, impigre atque oboedienter ad eam diem fecisse cum exposuissent, vereri dixerunt, ne id praestare ei per Antiochum regem ultra non liceret: vacuum namque praesidiis navalibus terrestribusque regnum Attali Antiochum invasisse. itaque Attalum orare patres conscriptos, si sua classi suaque opera uti ad Macedonicum bellum vellent, mitterent ipsi praesidium ad regnum eius tutandum; si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur. senatus legatis ita responderi iussit: quod rex Attalus classe copiisque aliis duces Romanos iuvisset, id gratum senatui esse; auxilia nec ipsos missuros Attalo adversus Antiochum, socium et amicum populi Romani, nec Attali auxilia retenturos ultra, quam regi commodum esset; semper populum Romanum alienis rebus arbitrio alieno usum; et principium et finem in potestatem ipsorum, qui ope sua velint adiutos Romanos, esse; legatos ad Antiochum missuros, qui nuntient Attali naviumque eius et militum opera adversus Philippum communem hostem uti populum Romanum; gratum eum facturum senatui, si regno Attali abstineat belloque absistat; aequum esse socios

9–11. *rem Rom.*, die Unternehmung der R.; die R. bei ihrer Unternehmung, s. § 11; 12. — *per Ant.*, er gebe die Veranlassung, dass es nicht geschehe, hindere es, s. 22, 21, 1: *quietum tempus* — *fuisset per Poenum*, vgl. *per me licet* u. ä. — *invasisse* etc., Antiochus hatte nach dem 31, 14, 3 erwähnten Bündniss im Jahre 202–199, während Philippus andere Eroberungen machte, s. 31, 14; 16, die Aegypter angegriffen; dann in dem Jahre 198 dieselben bei Panion (Paneas an den Quellen des Jordan) geschlagen, Polyb. 16, 18; 38 ff., und Coelesyrien eingenommen, s. 33, 19, 8. Nach dieser Stelle unternimmt er erst im nächsten Jahre einen Zug nach Kleinasien; daher ist zu bezweifeln, dass er schon jetzt in eigener Person die Besitzungen des Attalus bedroht habe, viell. geschah es aber durch einen seiner Satrapen. — *classi.*, wie 4, 34, 6; 23, 41, 8; 30, 9, 7; 37, 45, 2; gewöhnlich braucht L. *classe*. — *ipsi* etc. ist

wol nur Zeichen der völligen Unterordnung unter Rom.

12–14. *iussit*, durch die Consuln. — *socium* etc., schon Seleucus Calinicus, wie es scheint, s. Sueton. Claudius 25, hatte sich mit Rom verbunden. — *soc. a. amic.*, vgl. 31, 11, 14. — *auxilia retent.*, das Wort ist absichtlich für den speciellen Fall wiederholt. — *alieno arbr.* ist durch *et princ. et fin.* (n. *iuvandi Romanos*) — *esse* erklärt: es stehe bei ihnen, wenn sie den Anfang machen wollten, und sie wären immer ungehindert zurückzutreten. — *in potestatem*, s. 2, 14, 4. — *velint adi.*, vgl. c. 22, 32.

15–16. *legatos* ohne Adversativpartikel, obgleich der Gegensatz zu § 13 *auxilia* etc. folgt: zur Sache s. c. 27, 1. — *adver. Phil.* etc., wenn dieses Motiv geltend gemacht wurde, hat der Senat von dem Bündniss des Antioch. mit Philipp., s. zu § 10, keine Notiz genommen. — *aequum* etc. enthält eine grosse Anmassung unter milder Form, weil man jetzt

et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem servare.

9) Consulem T. Quinctium ita habito dilectu, ut eos fere legeret, qui in Hispania aut Africa meruissent, spectatae virtutis milites, properantem in provinciam prodigia nuntiata atque eorum
2 procuratio Romae tenuerunt. de caelo tacta erant via publica
Veis, forum et aedes Iovis Lanuvi, Herculis aedes Ardeae, Capu-
3 ae murus et turres et aedes, quae Alba dicitur; caelum ardere
visum erat Arreti; terra Velitris trium iugerum spatio caverna
ingenti desederat; Suessae Auruncae nuntiabant agnum cum duo-
bus capitibus natum et Sinuessae porcum *cum* humano capitē.
4 eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita, et consules
rebus divinis operam dederunt, placatisque diis in provin-
5 cias profecti sunt, Aelius cum Helvio praetore in Galliam; exercitumque
ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, praetori tradidit,
ipse novis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus.
neque memorabilis rei quicquam gessit.

6) Et T. Quinctius alter consul maturius, quam priores soliti

Antioch. nicht verletzen durfte, um ihn nicht zur Unterstützung seines Bundesgenossen zu reizen, s. 33, 20, 9. — *quoque*, wie gegen Rom.

9. 1–5. *ita – ut* soll das Verfahren hervorheben, da man, nachdem die Veteranen Land bekommen, s. 31, 49, 6; 32, 1, 6, die in den Krieg geführten rebellirt haben, eine neue Aushebung derselben nicht erwarten konnte. Es werden Freiwillige gewesen sein, die aus besonderen Gründen, schwerlich aber weil Quinctius um die Colonien Narnia und Cosa, s. 31, 49, 6, sich Verdienste erworben hat, da zunächst von Römern die Rede ist, dem neuen Feldherrn folgen. — *tenuer.*, s. 31, 15, 9. — *Veis*, ungeachtet der Devotion der Stadt, s. Macrob. Sat. 3, 9, 13: *haec oppida inveni devota – Gabios Veios Fidenas*, besteht dieselbe noch und wird auch sonst erwähnt. — *aedes I.*, vgl. Cic. Fin. 2, 20, 63. — *Lanuv.*, 31, 12. — *Ardeae*, eine lat. Stadt, s. c. 1, 9. — *Arreti*, ein Bundesstaat, der erst im Bundesgenosserkriege das Bürgerrecht erhielt, *Velitr.*, c. 1. — *nuntiab.*, anders 42,

20, 5. — *trium iug.* etc., ein Erdfall von grossem Umfange, s. 7, 6; zum Ausdruck vgl. 30, 38, 8; 30, 2, 12: *terra campestri agro in ingentem sinum consedit*; vgl. *desiderint* Cic. Div. 1, 35, 78. — *Suessae*, c. 1. — *cum* konnte leicht ausfallen, nicht ohne Härte würde es aus dem Vorhergeh. auch zu *h. cap.* gezogen werden. — *oper. ded.*, veranstalteten Gebete und Opfer. — *Aelius*, Apposition zu *consules*; das zweite Glied § 6 ist abgetrennt und hat ein besonderes Prädicat, weil sich sogleich ganz verschiedene Verhältnisse anschliessen. — *cum H.*, s. c. 8, 5. — *debeb.*, hätte sollen, s. c. 26, 2. — *gestur.* steht etwas hart am Ende. Das Folg. bis c. 25 ist wieder Polybius entnommen und schliesst sich an c. 6, 4 an.

9, 6–15. Das römische Heer dringt in Thessalien ein. Polyb. 18, 6; 27, 13; Diod. 28, 12; 30, 5; Plut. Flam. 4; Appian. Maced. 5; 7; Zonar. 9, 16.

6. *Et*, in gleicher Weise od. andererseits, bezieht sich nur auf den Begriff der Abreise, vgl. c. 18, 9; 40, 52, 1. — *maturius*, s. c. 3, 1

erant consules, a Brundisio cum tramisisset, Corcyram tenuit cum octo milibus peditum, equitibus octingentis. ab Corcyra in proxima Epiri quinquere mi traiecit et in castra Romana magnis itineribus contendit. inde Villio dimisso paucos moratus dies, dum se copiae ab Corcyra adsequerentur, consilium habuit, utrum recto itinere per castra hostium vim facere conaretur, an ne temptata quidem re tanti laboris ac periculi per Dassaretios potius Lyncumque tuto circuitu Macedoniam intraret. vicissetque ea sententia, ni timuisset, ne, cum a mari longius recessisset emissio e manibus hoste, si, quod antea fecerat, solitudinibus silvisque se tutari rex voluisset, sine ullo effectu aestas extraheretur. utcumque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco adgredi hostem placuit. sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret. satis expediebant; diesque XL sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumperant.

vgl. c. 6, 1; 4; 31, 14, 1; 32, 28, 6: *maio rem partem anni*, ist nicht genau zu nehmen: auch Zon. sagt: *μετά δὲ τὸν χειμῶνα* (in dem Villius Consul war) — *ἐκπεριῆλθε* etc. — *tenuit*, s. 15, 5; 31, 45, 10, steuerte dorthin, und legte daselbst an, da *tramisisset* vorausgeht. — *cum octo*, vgl. Ennius Ann. X, 4 (336): *insigneita fere tum milia militum octo Duxit dilectos bellum tolerare potentes*, nach den Annalen sind die Truppen schon c. 8, 2 angegeben, hier nach Polyb. wiederholt; nur einen Theil derselben giebt Plut. c. 3 an: *τῶν μετὰ Σηπίωνος — καταμεμαχημένων — τοὺς ἀκμάζοντας, — τοισχιλίους γενομένους*. — *prox. Epir.*, 31, 1, 7; das röm. Heer stand wahrscheinlich noch in Epirus, in der Nähe von Antigonea, s. c. 6, 2; 5, 9. — *inde temporal, moratus*, ohne etwas zu thun, nicht als ob er dann sogleich weiter gezogen sei. — *vim fac.*, s. 44, 35, 7; 3, 5, 5; Plut. *ἀνὰ κράτος — βιάσασθαι τὴν πάροδον*. — *Lyncum*, s. 31, 33, 4–6. doch ist a. u. St. an die Landschaft zu denken, s. 26, 25, 4; bei Plut. *κατὰ Λύγκον* an die Stadt. — *tuto circ.*, s. c. 6, 5.

10–11. *timuisset* n. Quinctius, und es gegen jene Ansicht geltend gemacht hätte. — *cum — recess.*,

wie 31, 35, 4, bedingt: wenn er sich entfernt haben würde; *emisso hoste* könnte fehlen oder Nachsatz von *cum* etc. sein, ist aber noch von einer Bedingung abhängig gemacht und Bestimmung zu *extraheretur* geworden; über die Beziehung von *emisso h.* auf ein das *emittere* nicht veranlassendes Subject s. c. 12, 9; 23, 17, 2 u. a. Uebrigens konnte Quinctius auch in Thessalien nicht einrücken ohne sich vom Meere zu entfernen, nur ohne sich der in *si — voluisset* bezeichneten Gefahr auszusetzen; und von da konnte leichter für die Verpflegung der Truppen, die im ersten Feldzuge, 31. 33 ff., schwierig gewesen war, gesorgt werden, s. c. 18, 4; 15, 5; zur Sache vgl. c. 28, 5; 31, 40, 6; Plut.: *θεδοικῶς — μὴ ἀπρακτος, ὥσπερ ὁ πρὸ αὐτοῦ στρατηγὸς ἀναχωρεῖν ἀναγκασθῆναι*. — *placuit*, der in dem consilium gefasste Beschluss, Operationsplan; *placebat*, die dauernde Wirkung, absichtlich zusammengestellt; ebenso *fieri*: geschehen solle; *fieret*: geschehen könne. — *expediebant*, Quinctius und die übrigen Theilnehmer des Kriegsrathes.

10. 1. *diesque*, und so hatten sie u. s. w., wie *que* oft die Folge anknüpft, s. c. 13, 5. — *sedentes*, s. c. 6, 4, vgl. 31, 38, 8. — *absumps.*,

Inde spes data Philippo est per Epirotarum gentem temp-
 2 tandae pacis; habitoque concilio delecti ad eam rem agendam
 Pausanias praetor et Alexander magister equitum consulem et
 regem, ubi in artissimas ripas Aous cogitur amnis, in colloquium
 3 adduxerunt. summa postulatorum consulis erat: praesidia ex
 civitatibus rex deduceret; iis, quorum agros urbesque populatus
 esset; redderet res, quae comparerent; ceterorum aequo arbitrio
 4 aestimatio fieret. Philippus aliam aliarum civitatum condicio-
 nem esse respondit: quas ipse cepisset, eas liberaturum; quae
 sibi traditae a maioribus essent, earum hereditaria ac iusta pos-
 5 sessione non excessurum. si quas quererentur belli clades eae
 civitates, cum quibus bellatum foret, arbitro quo vellent populo-
 6 rum, cum quibus pax utrisque fuisset, se usurum. consul nihil
 ad id quidem arbitro aut iudice opus esse dicere: cui enim non
 apparere ab eo, qui prior arma intulisset, iniuriam ortam? nec

vor dem im Folg. Erzählten.

2. *Epirot.*, s. 31, 7, 9. — *concil.*, der Epiroten, wie concilium Aetolorum, Achaeorum u. a., zu dem die verschiedenen epirotischen Stämme Abgesandte schickten, s. 36, 5, 1; 42, 38, 1. — *praetor*, entweder ist einer der 29, 12, 11 erwähnten Präto-
 ren zu der Verhandlung erwählt (*delecti*), oder die Epiroten hatten im Kriege einen Strategen, s. 31, 24, 6, mit einem *ἑπικρατορ*, den L. *magister eq.* nennt, vgl. Droysen Gesch. des Hellenismus 2, 432. — *artiss.*, s. c. 5, 12. — *cogitur in*, eingeeengt, hineingedrängt, so dass er zwischen denselben fließt.

3. *summa*, der Hauptinhalt. — *civitat.* etc., absichtlich allgemein und unbestimmt gehalten, um die Ueberraschung § 7 vorzubereiten, vgl. Diod. 28, 12: *δεῖν - ἐκχωρεῖν ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος*. — *agros urb.*, s. c. 33, 3. — *res - ceterorum*, ähnliche Zusammenstellungen von res und dem Neutrum s. c. 29, 5; 5, 16, 7: *ad cognoscendas res - incognita*; 35, 1, 12: *suas res - cetera*; vgl. 1, 36, 6. — *arbitrio*, Schiedsgericht durch Recuperatoren, nach römischer Auffassung, s. § 6; 38, 38, 17; 26, 48, 8; Diod.

ἔσθαι.

4-5. *a maiorib.*, besonders von Antigonos Dason. — *possess.* — *exced.* statt: *iis, quas - possideret, non excess.* — *arbitro - pop.*, wenn die Lesart richtig, ist *populor.* genit. part. = *eo ex populis iis, cum quib.* — *arbitro se us.*, quo vellent n. *se uti*, s. zu 21, 26, 7, vgl. 32, 29, 7; über die Kürze des Ausdrucks *quo vell.* s. 24, 23, 7: *paruisse imperio eius, cuius imperator suus vluerit*; 31, 3, 2; Cic. Lael. 19, 68: *nemo est, quin eo (equo), quo consuevit, libentius utatur.* — *fuisset*, vor dem Anfange des Krieges.

6-8. *arbit. aut iud.*, Senec. de benef. 3, 7, 5: *melior videtur condicio causae bonae, si ad iudicem, quam si ad arbitrum mittitur, quia illum formula includit et certos, quos non excedat, terminos ponit, huius libera et nullis adstricta vinculis religio, et detrudere aliquid potest et adicere et sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impulit, regere; iudice ist an u. St. nur hinzugefügt, um jede Art von Entscheidung auszusprechen, da ein iudex nicht beigeht war, vgl. 9, 1, 7. — *ab eo -**

Philippum ab ullis bello lacescitum priorem vim omnibus fecisse. inde cum ageretur, quae civitates liberandae essent, Thessalos primos omnium nominavit consul. ad id vero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret: „quid victo gravius imperares, T. Quincti?“ atque ita se ex colloquio proripuit; et temperatum aegre est, quin missilibus, quia dirempti medio amni fuerant, pugnam inter se consererent. postero die per excursiones ab stationibus primo in planitie satis ad id patenti multa levia commissa proelia sunt; deinde recipientibus se regiis in arta et confragosa loca aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere. pro his ordo et militaris disciplina et genus armorum erat, aptum tegendis corporibus; pro hoste loca et catapultae ballistaeque in omnibus prope rupibus quasi in muro dispositae. multis hinc atque illinc vulneribus acceptis, cum etiam, ut in proelio iusto, aliquot cecidissent, nox pugnae finem fecit.

Cum in hoc statu res esset, pastor quidam a Charopo prin-

ort., s. 4, 7, 6; Terent. Ad. 2, 1, 35: *tibi a me nullast orta iniuria*. — *nec = ac Philippum a nullo*, s. 7, 9, 1; 4, 29, 6; 28, 41, 8, fügt hier das Specielle als Untersatz an das Allgemeine, den Obersatz, an, vgl. c. 8, 13. — *priorem*, wiederholt, hat den Nachdruck, es ist daher nicht nothwendig *ipsum* hinzuzufügen. — *Thessal.*, diese waren schon seitdem Philippus II. Griechenland unterworfen hatte eng mit Macedonien verbunden und von diesem abhängig, nur kurze Zeit frei gewesen, s. c. 33, 16; 33, 34, 7. — *atque*, und sofort, s. zu 26, 39, 16. — *se prorip.*, in der besten Hs. fehlt *se*, vgl. Verg. Aen. 5, 741; doch braucht L. sonst *se proripere*, s. 8, 6, 2; ib. 30, 11; 29, 9, 4 u. a., wenn er auch bei andern Verben bisweilen das sonst gewöhnliche *se* nicht zusetzt, s. 28, 6, 10; 40, 37, 4. — *temperat.* — *quin*: in so weit gemässigt, dass nicht doch. — *quia* etc. erklärt *missilibus*: nicht aus der Nähe, weil — dazwischen war. — *dirempti — fuerant*, vor der Unterredung sich getrennt aufgestellt hatten.

9–12. *ab stat.* gehört zu *excur-*

siones, Vorpostengefechte, 28, 33, 6; 37, 18, 9. — *pro his*, 44, 12, 2. — *aptum*, das hds. *anplum* wäre hier nicht passend mit dem Dativ verbunden, anders 2, 9, 4. — *muro* allgemein, wie (überhaupt) auf einer Mauer Geschütze aufgestellt werden, s. c. 5, 12f. — *hinc — illinc = ab hac atq. ab illa parte*, auf dieser (der röm.) Seite u. s. w.

11, 1. *pastor* etc., ebenso hatte Ennius Ann. 10, 5ff. (338), s. Cic. Cat. m. 1, die Sache erzählt: *solicitari te, Tite, sic noctesque diesque. — O Tite si quid te adiuvero curamve levasso, Quae nunc te coquit et versat in pectore fixa, Ecquid erit praemi.* — *Ille vir* (eben der Hirt) *haut magna cum re set plenus fidei*, ferner Diod. 30, 5; App. c. 5; dagegen Plut. l. 1.: *προσηλθον ἀνθρωποειτῶν αὐτόθι νεμόντων — γνώστην δὲ τῆς πίστεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν Χάροπα τὸν Μαχάτα, πρωτεύοντα μὲν Ἠπειρωτῶν, εὐνονν δὲ Ῥωμαίοις ὄντα καὶ κρύφα φρόβω τοῦ Φιλίππου συναγωγίζόμενον*; ebenso Aur. Vict. 51: *ducibus Charopae principis pastoribus.* — *Charopo princ.*, Plut. l. 1. *πρωτεύοντα*, nicht *praetor* c. 10,

cipe Epirotarum missus deducitur ad consulem. is se in eo sal-
 2 tu, qui regiis tum teneretur castris, armentum pascere solitum
 3 ait omnes montium eorum amfractus callesque nosse. si secum
 4 aliquos consul mittere velit, se non iniquo nec perdifficilli aditu
 5 super caput hostium eos deducturum. haec ubi consul audivit,
 6 percunctatum ad Charopum mittit, satisne credendum super
 7 tanta re agresti censeret. Charopus renuntiari iubet, ita crede-
 8 ret, ut suae potius omnia quam illius potestatis essent. cum ma-
 9 gis vellet credere quam auderet, mixtumque gaudio et metu ani-
 mum gereret, auctoritate motus Charopi experiri spem oblatam
 statuit, et, ut averteret rem ab suspicione, biduo insequenti laces-
 sere hostem dispositis ab omni parte copiis succedentibusque in-
 tegris in locum defessorum non destitit. quattuor milia inde
 lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit. equi-
 tes, quoad loca patiantur, ducere iubet; ubi ad invia equiti ven-
 tum sit, in planitie aliqua locari equitatum, pedites, qua dux
 monstraret viam, ire; ubi, ut polliceatur, super caput hostium per-
 ventum sit, fumo dare signum, nec antea clamorem tollere, quam
 ab se signo recepto pugnam coeptam arbitrari posset. nocte iti-

2, über ihn s. Polyb. l. I. αἴτιος ἐγένετο τοῦ Φίλιππον μὲν ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς Ἰπείρου, Τίτον δὲ καὶ τῆς Ἰπείρου κρατῆσαι καὶ τῶν Μακεδόνων.

2-4. teneretur, vgl. 44, 6, 5 u. a. amfract., die Windungen des umfangreichen Gebirges, da der Gipfel erst am 3. Tage erreicht wird, Plutarch setzt hinzu: φράζοντες τινὰ κύκλωσιν ἀμελουμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων etc. — velit, s. c. 7, 11. — super, wie § 8. — deductur., von ihrem Standpunkte weg nach dem Ziele, welches auch eine Höhe sein kann, hinführen, s. 1, 18, 6: deductus in arcem. — super t. r., 2, 4, 4. — suae pot. etc., vgl. 22, 39, 12: tuae potestatis semper tu tuaque omnia sint: dass er (Quinctius), nicht der Führer die Verhältnisse beherrsche.

5-8. vellet, der Consul. — mixtum etc., s. 27, 2, 11; 30, 32, 5: spes et metus miscebant animos, an u. St. statt: animum in quo — mixti erant. — avert. r. ab s., aus

dem Bereiche der Vermuthung entfernte, wir erwarten *suspicionem a re*. — biduo etc., nach L. müsste dieses vor der Absendung der Truppen geschehen sein; richtiger Plut.: τὸν στρατὸν — ὑπισχνούτο — καταστήσειν — τριταῖον ἐπὶ τῶν ἄκρων. — ὁ δὲ Τίτος τοῦτους (die Truppen) ἀποστείλας τὰς μὲν ἄλλας ἡμέρας διανέπαιε τὸν στρατὸν — καθ' ἣν δὲ ἐμελλον ὑπεροφανήσεσθαι τῶν ἄκρων ἅμ' ἡμέρα — ἐκίνει; L. berührt das in den 2 Tagen, inde § 7; c. 12, 1: tertio, Geschehene nur mit *intentius* etc. — milia — lecta, 31, 24, 2. — monstraret — pollic., jenes in or. recta monstraverit, dieses pollicetur. — recepto, das gleiche Zeichen, welches er gegeben, wieder erhalten hat, ähnlich wenigstens Caes. B. G. 3, 8, 5: si velit suos recipere; Ov. Art. am. 1, 383: cum dat recipitque tabellas, vgl. 25, 9, 10: idem redditum a Nicone signum. — posset, § 9 sumeret, der Tribun; nach vetitum sit wie § 7 u. 2, vgl. 29, 24, 6.

nera fieri iubet — et pernox forte luna erat —; interdiu cibi quietisque sumeret tempus. ducem promissis ingentibus oneratum, si fides extet, vinctum tamen tribuno tradit. his copiis ita 10 dimissis eo intentius Romanus undique instat, * capit stationes. Interim die tertio cum verticem, quem petierant Romani, cepisse 12 ac tenere se fumo significarent, tum vero trifariam divisis copiis consul valle media cum militum robore succedit, cornua dextra laevaue admovet castris; nec segnus hostes obviam eunt. et 2 dum aviditate certaminis propecti extra munitiones pugnant, haud paulo superior est Romanus miles et virtute et scientia et genere armorum; postquam multis vulneratis interfectisque re- 3 cepere se regii in loca aut munimento aut natura tuta, verterat periculum in Romanos temere in loca iniqua nec facilis ad receptum angustias progressos. neque impunita temeritate inde re- 4 cepissent sese, ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam coepta amentis repentino terrore regio fecisset. pars in 5 fugam effusi sunt; pars, magis quia locus fugae deerat, quam quod animi satis esset ad pugnam, cum substitissent, ab hoste et a fronte et ab tergo urgente circumventi sunt. deleri totus ex- 6

9-10. *iubet* nach § 7 wiederholt, weil ein neuer Befehl folgt. *pernox f. l.*, vgl. 5, 28, 10 und Ennius l. 1. VI (343): *hinc nox processit stellis ardentibus apta.* — *sumeret* nach dem Infinitiv, s. 31, 44, 5. — *si extet.*, für den Fall, dass sich bewähre; *tamen* in Bezug auf *promiss.* *oneratum.* — *ita dimis.*, s. 21, 54, 4. — *eo intent.* geht auf § 6: *et, ut* etc. zurück. — *instat.* absolut wie 28, 19, 18; 35, 30, 6 u. a., vgl. 31, 43, 6. — *capit* ist nicht das von L. gebrauchte Wort, da dieser in ähnlichen Fällen sich anders ausdrückt, vgl. 34, 19, 2; 25, 30, 10; 5, 26, 9 u. s. w.; es wird dafür *capi* oder *apud*, Beides dem Sprachgebrauche Ls' nicht angemessen, verm.; für die Situation nicht passend wäre *carpit* od. *rapit*; M. Müller hält *capit station.* für ein Glossem von *undique instat*; es könnte auch etwas ausgefallen sein.

12. 1-2. *Interim* bezieht sich mehr auf die durch die Infinitive bezeichnete Hauptsache: *interim duo-*

bus diebus verticem ceperant et cum tertio signum darent etc., mit *tum vero* steht *interim* nicht in Beziehung, sondern nur mit *cum.* — *tertio* in Bezug auf c. 11, 6 *biduo*, vgl. Appian l. 1.: *ποιμὴν ὑπέσχετο στρατὸν εὐζωνον ἄξιον ὁδὸν ἀτριβῆ τρισὶν ἡμέρας.* — *valle m.*, durch das Thal in der Mitte, in der Mitte hin durch d. Th., 34, 30, 6. — *cornua*, wo die leichten Truppen stehen; Plut., der sonst die Schlacht unklar darstellt: *εἰς τὸ στενωπὸν παρὰ τὸ θεῖθρον ὁρθίας ἀνήγει τῆς σπείρας* — *τῶν δὲ ἄλλων ἐκατέρωθεν ἅμα πειρωμένων ἀμικλάσθαι.* — *dextra*, nach den c. 5, 11 erwähnten Bergen zu. — *scientia*, die Veteranen c. 9, 1. — *armor. gen.*, s. c. 10, 11; 18, 1; 9, 19, 7.

3-7. *verterat*, sofort hatte sich, s. 4, 20, 3: *averterat*; 24, 32, 9: *recciderat*; 27, 51, 4. — *facilis ad*, s. 27, 11, 5; 31, 45, 2 u. a. — *amentis - fec.*, s. 2, 60, 4. — *ad pugn.* s. 34, 46, 7. — *magis quia*, die gewöhnliche Stellung dieser

- 7 ercitus potuit, si fugientis persecuti victores essent; sed equitem angustiae locorumque asperitas, peditem armorum gravitas im-
- 8 pediit. rex primo effuse ac sine respectu fugit; dein quinque milium spatium progressus, cum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset, sequi non posse hostem, substitit in tumulto quodam dimisitque suos per omnia iuga vallesque, qui palatos in unum colligerent. non plus duobus milibus hominum amissis cetera omnis multitudo, velut signum aliquod secuta, in unum cum convenisset, frequenti agmine petunt Thessaliam.
- 10 Romani, quoad tutum fuit, insecuti caedentes spoliantesque caesos, castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu, diripiunt;
- 13 atque ea nocte in suis castris manserunt. postero die consul per ipsas angustias, quas inter valle se flumen insinuat, hostem sequitur.
- 2 Rex primo die ad castra Pyrrhi pervenit; locus, quem ita vocant, est in Triphylia terrae Molottidis. inde postero die — ingens iter agmini, sed metus urgebat — in montes Lyncon per-

Worte bei L. statt des hds. *quia magis*, s. 2, 1, 7. — *gravitas*, dieses war jedoch nur bei den Legionen der Fall, nicht bei den Veliten und auxilia. *effuse ac se r.*, s. 8, 38, 11: *sine respiratione ac respectu*, vgl. Polyb. 18, 6: *φεύγειν ἠναγκάσαιτε ὀψωνίας τὰ ὄπλα, τέως εἰς Μακεδονίαν ἐξομίσθησαν*, L. 33, 4; 38, 49, 3.

8–10. *ex iniq. l.* etc. ist zu *susp. esset* gezogen, st. zu *sequi non posse*. Der Engpass dehnt sich nämlich auf eine Strecke von 4 Stunden östlich aus, auf welcher der Fluss zwischen hohen, allenthalben steilen Bergen, s. c. 5, 11 hinfließt. — *non pl.*, ebenso Plutarch; *circumventi* § 5 ist also nicht streng zu nehmen. — *Thessal.*, s. c. 13, 2 ff. — *quoad local*, s. 1, 18, 8. — *diffic. ad.*, vgl. 5, 47, 2: *saxum ascensu aequo*.

13. 1. *quas inter*, s. 22, 3, 3: *Faesulas inter Arretiumque*; 27, 41, 4; 40, 45, 4: *haec inter*, vgl. Curt. 4, 21, 4: *inter angustias — pugnantes*; die gewöhnliche Lesart *qua se inter valles* kann schwerlich richtig sein, da eben darauf die

Wichtigkeit des Passes beruht, dass nicht mehrere, sondern nur ein Thal da ist, vgl. c. 5, 11: *inter montes — angusta valle fluit*, c. 10, 2; 6, 5: *vallem, per quam mediam*; 12, 1.

2–3. *castra Pyrrhi*, nicht zu verwechseln mit dem gleichnamigen Orte bei Lacedämon, s. 35, 27, 14, muss nach dem Folg. östlich oder südöstlich von dem Aouspasse gelegen haben; viell. war es der Ort, wo Pyrrhus nach Plut. Pyrrh. 26, 3 dem Antigonus gegenüber gestanden hatte, Bursian 1, 25. — *locus, quem*, s. 1, 44, 4; 4, 46, 10 u. a. *Triphylia* verschieden von dem c. 5, 4 erwähnten, was durch den Zusatz *Molottidos* angedeutet ist. Die *Molottis* müsste sich nach u. St. von Dodona, s. 8, 24, 3; 45, 26, 4, bis nördlich von den montes Lyncon erstreckt haben. Da beide Namen sonst in dieser Gegend nicht erwähnt werden, so hat man *Stymphaliam inter et Elimiotidem* u. a. verm. — *iter agm.*, jenes der Marsch, Weg; dieses der sich bewegende Zug, s. 5, 37, 4: *citato agmine iter ingrediuntur*; Tac. H.

rexit. ipsi Epiri sunt, interiecti Macedoniae Thessaliaeque; latus, 3
 quod vergit in Thessaliam, oriens spectat, septentrio a Macedo-
 nia obicitur. vestiti frequentibus silvis sunt; iuga summa cam- 4
 pos patentes aquasque perennis habent. ibi stativis rex per ali-
 quot dies habitis fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum
 se reciperet, an praeverti in Thessaliam posset. inclinavit sen- 5
 tentia, ut in Thessaliam agmen demitteret; Triccamque proximis
 limitibus petit; inde obvias urbes raptim peragravit. homines, 6
 qui sequi possent, sedibus excibat; oppida incendebat. rerum
 suarum, quas possent, ferendarum secum dominis ius fiebat, ce-
 tera militis praeda erat. nec, quod ab hoste crudelius pati pos- 7
 sent, reliqui quicquam fuit, quam quae ab sociis patiebantur.

1, 23. — *montes Lyncon*, diese können nach der Lage und der Schilderung bei L. nur der nördliche Theil des Pindus sein, entweder der Knotenpunkt, von wo derselbe unter anderen Namen nach Norden, als Pindus nach Süden zieht, *Lacmon*, Herod. 9, 93; Steph. Byz. *Λάκμων ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους*; auch *Lacmus*, Strabo 6, 2, 41 p. 271; 316; vgl. L. 43, 21, 7; oder, da dieser zu steil und schwierig zu passiren ist, das Tymphegebirge, westlich vom Lacmon, s. Bursian 1, 13. Ob die sonst nicht vorkommende Bezeichnung mit dem Namen der weiter nördlich davon gelegenen Landschaft, s. c. 9, 9, zusammenhänge, oder von *λύξ*, *λυγρός* stamme, lässt sich nicht entscheiden. — *Epiri sunt*: gehören zu Epirus. — *latus - spectat*, der Ausdruck ist ebenso ungewöhnlich als das folg. *septentrio - obicitur* st. *latus orientem spectat* u. *a septentrione obicitur*; da *spectat* in der besten Hs. fehlt, so könnte man auch *ad latus quod - oriens, septentrio - obicitur*, oder statt *spectat* ein anderes Verbum vermuthen. Die Schilderung selbst stimmt mit der bei Strabo 9, 5, 12 p. 434 überein: *ἡ δὲ Πίνδος ὄρος ἐστὶ μέγα, πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Μακεδονίαν, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περγαίους - πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δολοπας*

ἔχον - πρὸς ἑω δὲ - αὐτὴ ἐστὶ τῆς Θεσσαλίας. — *aquas p.*, das Tymphegeb. ist waldig und quellenreich.

4-S. *protinus*, unmittelbar nach Norden durch Elimiotis und Lyncestis. — *praeverti* „zuvor einen Abstecher machen“, vgl. Tac. Ann. 2, 55: *praeverti ad Armenios - cura fuit*. — *inclinavit sent.* = *statuit, consilium cepit, ut*, s. 25, 34, 7, anders 28, 25, 15, wie auch an u. St. *demittere* gelesen wird. — *Triccamque*, s. c. 10, 1; vgl. 36, 13; 39, 25; die Stadt liegt schon in der thessal. Ebene, etwa 2 Meilen von dem Beginn derselben, an dem wenig nördlich vom Peneus fließenden Lethaeus, j. Trikkala. — *quas poss.*, n. *ferre*, vgl. 1, 29, 4. — *cetera* entweder Attraction st. *ceterarum rerum*, oder wie c. 10, 3 Neutrum. — *reliqui etc.*, s. c. 37, 5; 30, 12, 20; an u. St. ist die Construct. deshalb verwickelter, weil der vorangestellte Relativsatz nicht einfach den Gegenstand, von dem nichts übrig ist, sondern zugleich eine Vergleichung des Verfahrens der Feinde enthält, so dass ein Satz mit *quam* sich anschließen musste. — *crudelius* ist in den Nebensatz gezogen statt *nec reliqui quidquam crudelius*, s. 4, 13, 4, und scheint wegen des folg. *quae* als Adjectiv genommen zu sein, s. 2, 12, 9: *for-*

8 haec etiam facienti Philippo acerba erant, sed e terra mox futura
 9 hostium corpora saltem eripere sociorum volebat. ita evastata
 oppida sunt Phacium Iresiae Euhydrium Eretria Palaepharsalus.
 Pheras cum peteret, exclusus, quia res egebat mora, si expugnare
 vellet, nec tempus erat, omisso incepto in Macedoniam tran-
 10 scendit: nam etiam Aetolos adpropinquare fama erat. qui audito
 proelio, quod circa amnem Aoum factum erat, proximis prius
 evastatis circa Sperchias et Macran quam vocant Comen, trans-
 11 gressi inde in Thessaliam Cymenes et Angeas primo impetu poti-
 ti sunt. a Metropoli, dum vastant agros, concursu oppidanorum
 ad tuenda moenia facto repulsi sunt. Callithera inde adgressi si-
 12 milem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt; compul-
 sisque intra moenia qui eruperant, contenti ea victoria, quia spes
 nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Teuma inde et

tia pati, 3, 2, 4: *hostilia pati* u. a., obgleich *pati* auch mit dem Adverb. verbunden wird, Cic. Mil. 4, 9: *turpiter pati*, vgl. L. 2, 40, 8. — *quam quae*, s. 31, 40, 1; ib. 18, 3 u. a. = *quam ea erant crudelia, quae* etc.; zum Gedanken vgl. 26, 30, 8: *quid ultra, quam quod fecerit — facere hostiliter — potuisse*; 9, 5, 11. — *etiam* gehört zu *facientibus*.

9. *Phacium* scheint nach 36, 13, 3 in der Nähe von Atrax und Phaestus (nach einem neueren Reisenden bei dem j. Alifaga) gelegen zu haben, auch nach Thucyd. 4, 78, 5 wenigstens auf dem Wege von Pharsalus nach Perrhaebien, nach Norden zu, Bursian 1, 68; 53; 74. Auch die Lage von *Iresiae* u. *Euhyd.* ist unsicher; doch sind sie auf dem Wege von Tricca oder von Phaestus nach Pharsalus zu, also in der Nähe des Apidanus, *Eretria* auch nach 33, 6, 10; Polyb. 18, 3, 5 nicht weit von Pharsalus, nach einem neueren Reisenden bei dem j. Dorfe Tzangli, zu suchen. — *Palaephars.*, s. 44, 1, 5, am Enipeus, j. Fersala. — Nachdem Phil. von Nordwest nach Südost die thessal. Ebene in Eile durchzogen hat, wendet er sich über die dieselbe durchziehende Hügelreihe nordöstlich nach *Pherae*, j. Velestino an der Grenze

von Magnesia; dann nördlich nach Tempe, s. c. 15, 9. — *egebat — si vellet*, s. 2, 50, 10.

10–12. *nam*, ein neuer Grund diese Gegend zu verlassen, da er, von den Römern verfolgt, nicht auch den Aetolern widerstehen konnte. — *proximis*, local, s. c. 5, 12, die zunächst an ihrer Grenze gelegenen Orte, vgl. 31, 41 ff. — *Sperchias et M. Comen*, die Endung in *Comen* wie c. 4, 3, die Orte selbst lagen wahrscheinlich im Spercheiosthale, noch ausserhalb des eigentlichen Thessaliens. *Cymenes et Ang.* sind Genitive, die Endungen griechisch, die zweite schwerlich nach der Analogie von *pater familias* u. ä., die erste findet sich auch sonst, s. 31, 45, 15; 37, 19, 7; 43, 23, 1. Die Orte scheinen dem Othrys, über den die Aetoler nach Thess. ziehen, nahe, im südlichen Thessalien, gelegen zu haben, Bursian 74; 89. — *Metropoli*, j. Palaeocastro, südl. am Pindus, j. Agrafa, s. c. 14, 1, in Hestiaecotis, Ptolem. 3, 13, 44; Strabo 9, 5, 16 p. 437; südlich od. südöstlich von Gomphi, Ussing 77, vgl. L. c. 15, 3. — *Callithera*, nach dem Folg. eine Stadt, und die § 12 erwähnten Dörfer sind ihrer Lage nach nicht genauer zu bestimmen, ebenso c. 14, 3: *Argenta* etc.

Celathara vicos expugnant diripiuntque; Acharras per dediti-
 onem receperunt. Xyniae simili metu a cultoribus desertae sunt. hoc
 sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod ad Thau-
 macum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur; incondita iner-
 misque multitudo mixta et imbelli turba ab armatis caesa est.
 Xyniae desertae diripiuntur. Cyphaera inde Aetoli capiunt, op-
 portune Dolopiae imminens castellum. haec raptim intra paucos
 dies ab Aetolis gesta. nec Amynder atque Athamanes post fa-
 mam prosperae pugnae Romanorum quieverunt. Ceterum Amy-
 nder, quia suo militi parum fidebat, petito a consule modico
 praesidio cum Gomphos peteret, oppidum protinus nomine
 Phaecam, situm inter Gomphos faucesque angustas, quae ab
 Athamania Thessaliam dirimunt, vi cepit. inde Gomphos ador-
 tus est, et post aliquot dies summa vi tuentes urbem, cum iam
 scalas ad moenia crexisset, eo demum metu perpulit ad deditio-
 nem. haec traditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis in-
 tulit. dedidere deinceps sese qui Argenta quique Pherinium et
 Timarum et Ligynas et Strymonem et Lampsum habent aliaque
 castella iuxta ignobilia.

